

## CAP. XVI.

Vers. 2.

**K**ατὰ μίαν Σαββάτων) circa unam i. e. primam, adeoque diē Solis.  
 18. Ἐπιγινώσκειν) agnoscere, scil. cum gratiā. Conf. Act. 20, 7.  
 Conf. Matth. 25, 12. c. 7, 23. Verba notitiæ sæpè affectum involvunt.

19. Πολλὰ) multum. מרובה

19. Σὺν τῇ κατ' οἶκον αὐτῶν Ἐκκλησίᾳ) cum privatā vel domesti-  
 cā Ecclesiā ipsorum, i. e. familiā ipsorum. seu membris Ecclesiæ  
 Christi.

22. *Si quis non diligit Dominum Jesum Christum, esto suspensio vel anathe-  
 ma Domino veniente, i. e. in die Domini nostri Jesu Christi, tempore ex-  
 tremi Judicii adeoque nunquam haeres esto vitæ æternæ.* Conf. simi-  
 lem phrasin, 1. Cor. 5, 5.

24. *Per ἀγάπην, dilectionem intelligi potest h. l. vel amor, quo  
 Paulus amatur, scil. ipse Christus, prout Ignatius dicit: Amor meus  
 crucifixus est, ut sensus sit: Dilectio mea, quā, Christus me diligit, sit  
 quoque in vobis: vel sensu activo, quo ipse Christum amat, ut scil.  
 æquali ergā Christum amore flagrent, q. d. opto, ut itā Christum di-  
 ligatis, quemadmodum ego.*

IN II. EPIST. AD CORIN-  
THIOS.

## CAP. I.

Vers. 6.

**S**ivè autem affligimur, vestrā (propter vestram) consolatione (eò quod  
 vobis hoc solatium,) & salute, effectā (operatā per prædicationem  
 Evangelii) à vobis, per constantem tolerantiam earundem afflictionum, quas  
 & nos patimur; sivè solatio afficimur, propter vestram consolationem (quā frui-  
 mini virtute Spiritūs S. per Christum,) & salutem, (ad quam vos be-  
 neficio Evangelii perduxi,) Nihilominus tamen spes nostra firma est pro vo-  
 bis, utpote scientes, (cum sciamus) quod &c.

7. Eido-